THESES.

I.

In morbis venereis inueteratis frictiones mercuriales ceteris remediis internis ſunt praeferendae.

II.

Gonorrhoea vt plurimum eſt venerea.

III.

Fomentationes frigidae in hernia incarcerata magis nocent, quam proſunt.

IV.

Pulſus paruus et celer, ſi quando herniae incarceratae ſuperuenit, periculum indicat.

V.

Nullum datur abſolutum venenum.

VI.

Plurima ſigna, quae de morte foetus traduntur, fallacia ſunt; hinc perforatio caute, ſi vnquam, adhibenda eſt.

VII.

VII.

Camphora in variolis, ſi rite atque prudenter exhibetur, ſemper bonos producit effectus.

VIII.

In peſtilentia videtur dari reſolutio ſanguinis vergens ad putredinem.

IX.

Semen Coffeae, igne fortiori aduſtum, ſpirat empyreuma, ideoque agit fortiter in neruos, hinc irritabilibus et ſenſilibus feminis eius potus parce concedendus eſt.

DISSER-